



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De improbitatis odio, & his quæ Deo displicent. cap. lxxxv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

*Nili.* Audēsne omninò iuueniliter te gerere, ac lasciuiſſe, & ludis operam dare, cum Chri-  
*ſtianus ſis?* Audēsne omninò saltare ac choreas agitare, pedesque ac manus ad diaboli ar-  
*Euseb.* bitrium mouere? Quonam modo cum veris Chriſtianiſ te aggregas, ac cum ipſis verſaris?  
 Intus ſacerdos Deo ſupplices pro mundi ſalute preces offert: & foris ludi celebrantur.  
 Sic nimirum Iſraëlita quoque ludebant: & eos exitium inuaſit. Moſes enim in monte,  
 ſalutis eorum cauſa, Deo ſupplicabat: & plebs interim, poſteaquam cibo ac mero operam  
 dedit, ad ludendum ſurrexit. Eoque nomine, diuina ira in eos ruente, vno die viginti tria  
 millia procubuerunt.

## De arcanis, &amp; arcana enunciantibus.

## CAP. LXXXIIII.

*Pro. 11.*  
*Eccli. 19.*  
 13.  
 8.



**Q**VI reuelat arcana, ambulat fraudulentem. G  
 Audiſti verbum aduerſus proximum tuum? Commoriatur in te,  
 fidens quoniam non te dirumpet. Immitis eſt, qui non conſeruat  
 verba: & non parcat de afflictione & vinculis. Corā alieno ne facias  
 aliquid abſconditum. Neſcis enim quid pariet. Non omni homi-  
 ni oſtende cor tuum.

*Chryſoſt.*

Qui auditum ſermonem tuò ac ſtudioſè continet, magna cum voluptate vitam deget.  
 Audiſti verbum? inquit ille: commoriatur in te. Extingue illud atque obrue. Noli ipſi  
 vllò modo exeundi ac ſe mouendi poteſtatem facere. Quod dictum eſt, obrunca, atq; obli-  
 uioni manda: vt iſ ſimilis ſis, qui non audierunt.

*Phil.*

Loquaces homines, ea, quæ ſilentio premi debebant, euomentes, linguæ prurigine quo-  
 dammodò laborantes, in aures auditione indignas profundunt. H

## De improbitatis odio, &amp; his quæ Deo diſplicant.

## CAP. LXXXV.

*Iob.*



**F**LAGITIOSA Deus intueri non vult: coram ipſis non ingredie-  
 tur Dominus.

*Pſal. 5.*  
 30.  
 32. 52.

Non Deus volēs iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te ma-  
 lignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti obſer-  
 uantes vanitates ſuperuacue. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatem. Domi-  
 nus diſſipauit oſſa eorū qui hominibus placēt: conſuſi ſunt, quoniam Deus ſpre-  
 uit eos. Spreuiſti omnes diſcedēs à iudiciis tuis: quia iniuſta cogitatio eorum. I

*n8.*  
*Pro. 12.*  
 17.

Abominatio ſunt Domino labia mendacia: execratio Domino, cogitatio ini-  
 qua. Qui iuſtum iniquum iudicat, & iniquum iuſtū, immundus eſt, & execra-  
 bilis apud Dominum. Dominus ſuperbis reſiſtit. Abominatio Domino via  
 peruerſa. Immundus eſt apud Dominum omnis qui ſublimi corde eſt.

*Eſa. 61.*  
*Cap. 1.*

Ego ſum Dominus, amans iuſtitiã, & odio habens rapinam in holocauſto.  
 Facti eſtis mihi in moleſtiam: laboraui ſuſtinens. Et cum extenderitis manus  
 veſtras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non  
 exaudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

*Eccli. 10.*

Odibilis coram Deo, & hominibus eſt ſuperbia. K

## De pænitentia &amp; confeſſione.

## CAP. LXXXVI.

*Gen. 38.*



**D**IXIT Iudas: Iuſtior me eſt Thamar, quia non tradidi eam Sela filio  
 meo. Attamen vltra non cognouit eam.

*2. Reg. 12.*

Dixit Nathan ad Dauid: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malū de do-  
 mo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, &  
 dormiet cū vxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim feciſti abſcòditè: ego au-  
 tē faciã veb ū iſtud in conſpectu omnis Iſraël. Et dixit Dauid ad Nathan, Pecca-  
 ui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoq; tranſtulit peccatū tuū.  
 Cum